



CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Loprete presbytero [et] confessore. Cap[itulum]. xliij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

rifi tantū dominica die de manu sacerdotis
 eūc̄ ariste factū. Ceteris diebus nihil pe-
 ciebat: sed opibus manū infistēs cingula iu-
 mentorū de palmarū foliis terebat. De quib⁹
 egri tactu sanabatur. Nam duz quidam clau-
 dus a natiuitate: vt aliquo portaret camelo i-
 positus: dum pedib⁹ cingulū quo iumētuz cin-
 ctum erat: quodqz vir sanctus tererat tetigis-
 set: cōfestim descedens pedibus solidis am-
 bulauit. **¶** Hic etiā ab angelo diuina replet⁹
 sciētia: multos suis sermonib⁹ edificabat: et
 vitia fratru ac virtutes latētes per spirituz
 cognoscebat. hec in vitis patrū.

¶ De scto Diamone p̄bytero. Cap. xli.



Diamon p̄s

byter in heremo de
 scythi floruit. Qui die q̄da
 missam celebrās vidit angelū
 stantē p̄ra altare: monachos
 p̄sentes in codice scribentē:
 absentes scriptos delētē. Et
 dum illi ad cōiōnē accederēt:
 angelus quozūdā scribebat
 noia: quozūdā dimittebat. Diamon autem
 post missam discussis illis qui scripi nō fue-
 rant. Inuenit in singulis eoz mortale pecca-
 tum. Quibus reuelata narrās: tādū cum il-
 lis fleuit: donec eidē iterū angelus apparuit:
 et eos cū ceteris ascripsit. hec in vitis patrū.

¶ De sancto Benjamin sene. Cap. xlii.



Beniamin sener

in heremo fuit. lxxx. annorum
 qui miraculis clarēs quoscuqz
 egros ad se delatos: oleo unge-
 bat et cōtinuo sanabant. Ipse
 autē adeo hydropicus effectus est: vt per ia-
 nuā celle sue nisi remotis aliquib⁹ tabulis ef-
 ferri nō posset. Qua passione per mēses. viii.
 ante suuz obitū laborauit. Dēs autē ifirmos
 ad se veniētes sanabat: cunctosqz rogabat vt
 orarent deū pro anima eius de corpore nil cu-
 rantes: eo q̄ dum esset sanus nihil sibi profuis-
 set. hec vbi supra.

¶ De sancto Loprete p̄sbytero
 et confessoze. Cap. xliii.



Loprete p̄s

byter annorū
 circiter. lxxx. in
 heremo thebai-
 dis fuit. Lūius duz gētilis q̄-
 dam olera furatus esset: et ea
 ad coquēdū cōposuisset: neqz
 coqui poterant: nec calefieri.
 Quod ille vidēs ablata san-
 cto retulit: et cōuersus b̄ p̄: smum suscepit.
 Eadē nocte fratres supuenerunt ad copretē:

unde sanctus duplices honores dño persoluit
 dum olera restituta eisdem apposuit. Qui dū
 fratribus ad se venientibus pro edificatione
 eozum mirabilia quedā narraret: q̄ vir vnus
 ex illis credere poterat: dormitari ipsi visus
 est liber aureis litteris scriptus manibus co-
 p̄ctis: et vox senis venerāda audita est fratē
 increpātis: cur fides auditis non adhiberet.
 illeqz euigilās compunctus est. **¶** Arena vo-
 pedibus eius attrita: per agros cōsp̄sa ter-
 re sterilitatē auferebat. **¶** Hic dum quēdam
 manicheū populū seducētē disputās excludere
 nō posset: fecit ignē accēdit: eo pacto: vt
 quisqz eoz flāmas ignēssus iustus exiret: et
 fides approbata esset: ipseqz p̄mū ignē intrās
 illeffus eruit. Dū autē hereticus intrare nol-
 let a populo in flāmas violentē iniectus est.
 Dum autē mori se videret cop̄ctis auxiliū
 ip̄lorauit. A quo educt⁹ dū p̄naciter cōuertī
 nollet: ab eodē cicer⁹ et dimissus abiit confus-
 sus. hec heracides.

¶ De sanctis Syro Paulo et
 Esaia confes. Cap. xliii.



Syros

Paulus et
 Esaias monachi
 fuerunt in scy-
 thi. Qui dum si-
 binnicē ad ripam fluminis
 occurrissent vt fratē quēdam
 anub noie visitaret: orationē
 faderūt: nē in via impēdiren-
 tur. Statimqz nauiculas sibi
 apparētē sine remo vel remigē: iter tridui
 vna hora cōtra istū fluuiū p̄fecerūt. Lūqz ap-
 plicuissent: reuelatū est esaiē: q̄ vir ad quem
 ibant eoz secreta cordiū nouerat. Paulo re-
 uelatū est: p̄dictū anub post triduum esse mi-
 graturum. Syro autem reuelatum est anub
 sibi mane occursum. Cum autem illa nocte
 in orationibus pernoctassent: anub mane ad
 eos veniens eozum secreta eis patefecit. Cū
 quo manentes tribus diebus ab eo edificati
 sunt. Illeqz in eozum manibus expirauit: et
 ab eis sepultus fuit. hec in vitis patrū.

¶ De sancto Effrate monacho. Cap. xlv.



Effra

tes monachus
 apud anthio-
 chiam claruit
 tempore valē-
 ntis arriani imperatoris con-
 tra catholicos senētis. Quē
 per plateam ciuitatis anthio-
 chene ambulāntem: vili ba-
 bitū contactum: et longa senectute confectum
 imperator respiciens: interrogauit quis es-
 set et quo iret. Cui ille se christianum mona-